

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PG 1034

Jisewicz

Lovanio, 8 giugno 1972



SEMINARIUM PHILOLOGIAE
HUMANISTICAE
LEOPOLDSTRAAT 22
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Leuven, 8^o Junii 1972

Josephus Ypewijn Pigato patri carissimo S. P. D.

Raptim tibi post prandium respondi ut scripulum, quem de genere vocis 'annales' habes, removeam.

Recte vidisti in titulo sepulcrali Alexandri Namèche, rectoris diu universitatis lovaniensis, qui titulus exstat in abbatiæ Parcensis ecclesia, scriptum esse 'Belgicus annales'. (Namechius autem non Perusiarum natus est, sed Peruisae apud Flandros!). Item apud Gagrinum recte legisti 'annales, quas...'

Quid ea de re cogitandum? Vox 'annales' per se non est masculini generis, quia adiectivum est quod genus sumit a substantivo, quod plerumque tacetur. Semper fere 'annales [libri]' significatur ideoque pro masculino habetur. At si quis, puta, 'annales [historias]' significari mavult, genus iure mutabit. Quod ni fallor Gagrinus et epitaphii auctor fecisse videntur.

De litteris tuis nihil amplius addam nisi quod magnum ex iis gaudium sumpsi. Dum scribas, valere mihi videris. Deo gratias!

Vale cum discipulis tuis!